

Sacodion
Sapinos.
Paranites.

Sordidissime autem atque uilissime in Thar
so & Cypro Causam nominis afferunt, quod
usque ad uini colorem accedens, priusquam eum
degustet, in uiolam desinit. Fulgorque quidem
in illa purpure non ex toto igneus, sed in
uini colorem deficiens. Perlucent autem
omnes uiolaceo colore, sculpturis faciles.
Indicem absolutum purpure colorem habent
Ad hancque tingentium officinam dirigunt uo
ta. Fundit autem eum aspectu leniter bla
dum, neque in oculos, ut carbunculi uibrant.
Alterum earum genus descendit ad hya
cintos. Hunc colorem indi facon uocant
talemque gemmam Sacodion. Dilutior ue
ro ex eodem sapinos uocatur. Eadem &
paranites in contermino gentis Arabie.
Quartum genus colorem uini habet. Quin
tum ad uiciniam crystalli descendit, albica
te purpure deiectione. Hoc & minime probatur,
quoniam precellens debet esse in suspectu,
uelut ex carbunculo refulgens, quidam in
purpura leuiter roseus nitor. Tales aliqui
malunt pederotas uocari. Alii anterotas.
Multi Veneris gemmam, quod maxime
uidetur decere, & specie & colore extremo
gemme. Magorum uanitas resistere ebri
etati eas promittit, & inde appellatas. Et
preterea si lunae nomen ac solis scribatur
in his,